

aliqua de predictis navibus terreis galeis galiombus vaccetis
seu aliis vassellis curi aliqua reparatione et munitione, quali
et quanta et in qua parte egeant. et facta diligenti et sollemp-
ni estimatione in testimonio publico per magistros et alios
ydoneos et fideles viros expertos in talibus, quibus inde fides
possit et debeat merito adhiberi, de hiis, in quibus vassella,
sue reparatione ^{et} munitione indigent, reparanda et muni-
enda fuerint, et pro quanta pecunie quantitate reparari
et fieri poterunt, ac factis de estimatione ipsa, et mo-
ris est, duobus scriptis publicis consensibus, quorum u-
num de singulis vassellis reparatione et munitione indi-
gentibus existentibus in qualibet terra et loco vobis reti-
neatis verbe rationis tempore producendum et aliud
sine mora qualibet eisdem magistris rationalibus trans-
mittatis. ^[6.] et incontinenti et sine qualibet tarditate celsi-
tudini nostre et eisdem magistris rationalibus distincte et
particulariter significare studeatis numerum et qua-
litatem omnium vassellorum, que receperitis, et quot
et que ex ipsis reparari et muniri, ac quali et quanta
reparatione et munitione indigent, et in qua parte, et
que quantitas pecunie pro necessaria reparatione et
munitione ipsorum fuerit oportuna,)

[~~Ita~~] ut ~~ante~~ ^{semper} de munientis et reparan-
dis ipsis provideamus et mandemus nostre beneplaciti
voluntatis, ut in principio passagei proximo futuri mensis
marcii, quod de thesaurariis virtualibus et aliis rebus cu-
rie nostre ad partes ultramarinas pro serviciis nostris fir-
mo proposito mittere intendimus dux deo, vassella ipsa

semper
[Signature]